



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Flores Directorii Inqvisitorvm**

**Bariola, Luigi**

**Mediolani, 1625**

Consilivm Trigesimvmtertivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11434**

Nauar.consl.4. & 23. de Priuilegijs. Sanchez de Matrim.tom.2.lib.7.disp.33.num.21.22.23. Emanuel Rodriquez quæst.Regul.tom.1.q.45.art.2. & tom.2.q.63. Praxis Neapol.c.59.& 89. Riccius in sua Praxi aurea resolut.110. Naldus quæstionum practicarum, ver. de prima, & in cap. Monialis n.16. & ratio est, quia excommunicatio generaliter lata ligat subditos proferentis tantum, nisi auctoritas Delegatis maiorem conferat auctoritatem. Cap. à Nobis lib. 1. de sent. excomm. iuncta Glossa: quæ omnia dixisse volui rotrocinando potius, quam diffiniendo, subijcendo me ipsum, & scripta mea censuræ, & corréptioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & cuiusvis melius sentiētis, & docentis &c. His addi potest Nauar.consl.de Sepul. & cōsl.8.de officio Iudicis Ordinarij. Henrīq.Theol.mor.lib.7.cap.24.25.cap. nimis el 2.de excess. Prælatorum, & cap.Romana Ecclesia de sent. excommun.in 6.

---

### CONSILIVM TRIGESIMVM TERTIVM.

---

**Q**Væritur qua pœna puniri debeant stercorantes alicuius fores &c.

**R**espondet Farinacius quæst.105.num.469. quod puniri debent ad instar facientis libellum famosum, cui de iure Ciuli debetur pœna capitis, prout scribit Farinacius quæst. præcitata num. 422. & 423. vbi ex mente multorum dicit hanc pœnam esse mortis naturalis. De Iure vero Canonico Author libelli famosi flagellatur per textum in Cap. de p. & in cap. Quin alterius 5. quæst. 1. iuncta glos. & Canonista ibidem, quamvis alij dixerint pœnam libelli

libelli famosi de consuetudine non esse mortis, sed extraordinariam iuxta facti, & personarum qualitatem. Clarus in sua Praxi criminali §. fin. quæst. 68. num. 26. Alij vero voluerunt de Iure Canonic o pœnam ster-  
corantium esse flagellorum, fustigationis, degradatio-  
nis, & depositionis. Farin. quæst. eadem num. 430.  
431. & cons. 30. num. 25.

Verum in coercendis hujusmodi delictis atten-  
dendæ sunt circumstantiae loci, personarum, & reite-  
rationis, si tamen iteratum fuit delictum, nam loci  
qualitas, neimpè si sit domus insignis, vel Mona-  
sterium id auget delicti atrocitatem, vt in spetie re-  
spondit Farinac. cons. 30. num. 3. qualitas etiam perso-  
nae inducit facti grauitatem, nimirum si sit persona in  
dignitate, aut in officio constituta, si sit Sacerdos, aut  
alicuius Cœnobij superior, & in hoc casu iniuria dici-  
tur illata non Superiori, sed Monasterio, & ideo pu-  
niendus venit non vt infamator priuati, sed vti infa-  
mator Monasterij, prout docet Farin. in dicta q. 105.  
n. 293. 294. 295. & cons. 30. sub n. 27. 70. Respectu  
quoque reiterationis delicti iniuria grauior redditur,  
& atrocior, vt per eundem Farin. in consil. 30. sub n.  
28. & 67. Hinc huiusmodi delinquentes transmittun-  
tur ad remum, vt testatur Farinac. dicto consil. 30. sub  
num. 25. vbi subiungit etiam mortis pœnam imponi  
posse ea ratione, quod in temporalibus pœnis repræ-  
sentandis ob delicti grauitatem, & atrocitatem, lici-  
tum est transgredi leges Canonicas, & tunc ratione  
huius transgressionis seruanda sunt Iūra Ciuilia, quæ  
saltem de consuetudine ita seruant. Farin. eodem  
consil. 30. sub num. 26. 69. 125. Menochius autem de  
arbitrarijs Iudicium casu 385. scripsit pœnam fœdan-  
tium homines esse Iudici arbitratiam.